Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

Quaestiones argumenti chirurgici

https://hdl.handle.net/1874/304041

QUAESTIONES

ARGUMENTI CHIRURGICI.

6

THESES
ARGUMENTI CHIRURGICI,

QUAS

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

LUDOVICI CHRISTIANI VAN GOUDOEVER,

MED. CHIR. ET ART. OBST. DOCT. ET PROF. EXTRAORD.

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS MEDICAE DECRETO,

Pro Gradu Doctoratus

SUMMISQUE IN

CHIRURGIA HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

BASTIANUS JACOBUS HOLSTER,

Sylvaducensis,

MED. ET ART. OBST. DOCTOR.

A. D. XVIII M. Junii, A. MDCCCLVII, HORA V.

Trajecti ad Rhenum,

APUD L. E. BOSCH ET FILIUM,

MDCCCLVII.

THESES.

I.

Ut constat melius esse sinere mori quam necare, tamen ancipitem operationem peragere melius, quam nullam puto.

II.

Gangraena amputationem indicare potest.

III.

Nulla exanthemata, nisi syphilitica et scrophulosa, curam generalem requirunt.

IV.

Non assentior doctissimo SIMON dicenti, suppurationem bubonis syphilidem praecavere.

V.

Bubones bene curantur inspergendo mercurio sublimato corrosivo, cuti vesicatorio denudata.

VI.

Arteria ligetur in angulo vulneris vaginae vasis cordi proximo.

VII.

Arteria intercostali laesa ligatura optimum artis auxilium.

VIII.

In aneurismatis cura compressio aliis operationis methodis praecedere debet.

IX.

Recte SEDILLOT arteriae ligaturam duplicem et inter ligaturas descissionem unicae ligaturae praefert.

X.

Instrumentum, cui nomen *écraseur*, quod CHASSAIGNAC recommendat, saepe cultro est praeferendum.

XI.

In abscessibus frigidis amplioribus et illis originem e carie ducentibus applicatio tubulorum elasticorum (caoutchoucbuisjes) indicata est.

XII.

In curandis stricturis urethrae dilatatio systematica optima methodus.

XIII.

Post perinaei rupti operationem melius alvum leniter promovere, quam opii administratione constipationem excitare.

XIV.

Urethrotomia absque itinerario catheterismo violento et punctioni vesicae est praeferenda.

XV.

Ganglia optime curantur per punctionem subcutaneam.

XVI.

Hydroceles operatio per incisionem aliis methodis postponenda.

XVII.

Facio cum clarissimo SEDILLOT, qui frustulam linteam in amputationis vulnere deponit.

XVIII.

FRANCONIS operatio ad vesicae calculos amovendos nimis negligitur.

XIX.

In hydrope vero ovarii injectio de tinctura jodii commendanda.

XX.

In cataracta traumatica symptomata inflammatoria lentis extractionem non contraindicant.

XXI.

Fasciis amylaceis praestant fasciae e gypso paratae.